



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

7. Creditæ nobis divinitùs &c. Extensis Facultas transferendi Pensiones
usque ad summam scutorum centum monetæ aliàs concessæ Votantibus
signaturæ Justitiæ, & Declaratio, quod etiam dimissi Votantium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

ANNO
1701.
VII.

CLEMENS UNDECIMUS.

17

ANNO
1701.

EXTENSO

Facultatis transferendi pensiones usque ad summam scutorum centum monetae alias concessae Votantibus Signature Justitiae, & Declaratio, quod etiam dimissi Votantium hujusmodi Officiis ea uti possint.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Prioris Indulci substan-
tiam expo-
nit.

Merita Vo-
tantium Si-
gnaturae Ju-
stitiae com-
mendat.

Eis indulget,
ut etiam di-
missis Votan-
tium officiis
facultate
transferendi
pensiones il-
lis alias con-
cessa uti, &
gaudere pos-
sent.

Facultatis transferendi pensiones usque ad summam scutorum centum monetae alias concessae Votantibus Signature Justitiae, & Declaratio, quod etiam dimissi Votantium hujusmodi Officiis ea uti possint.

retractari, infringi, seu ad terminos Juris recu-
ci, aut in controversiam revocari, sed adversus il-
las aperitionis oris, restitutions in integrum, a-
liudque quodcumque juris, facti, vel gratia reme-
dium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu
etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine pa-
ribus concessio, vel emanato, quempiam in judi-
cio, vel extra illud titi, seu se juvare posse, ne-
que ipsas praesentes literas sub quibusvis similium,
vel dissimilium gratiarum revocationibus, limi-
tationibus, aliusque contrarii dispositionibus,
etiam per Nos, vel Romanos Pontifices Successo-
res nostros, & Sedem prefatam in genere, vel in
specie, aut alias quomodolibet, & quandocum-
que faciendis comprehendendi, vel comprehensas
censer, sed semper ab illis exceptas, & quoties
illae emanabunt, toties in pristinum, & validissi-
mum statum restitutas, repositas, & plenarie rein-
tegratas, ac etiam de novo, sub quacumque pos-
teriori data per eos, ad quos pro tempore spec-
tabit, eligenda, concessas intelligi, firmasque,
validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad
quos spectat, & pro tempore quandocumque
spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime
suffragari.

S. i. Alias siquidem Nos tunc, & pro tempore
existentibus Referendariis Signature nostra
Justitiae Votantibus perpetuo concessimas, & in-
dulsum, ut ipsi pensiones annuas Apostolica au-
toritate eis super quibusvis fructibus Ecclesiasticis
reservatas, & pro tempore reservandas usque ad

summam centum scutorum moneta dumtaxat, ad
favorem unius, seu plurimi Personarum Ec-
clesiasticarum, seu Clericorum, ac aliis pensionum

hujusmodi capacium, etiam in mortis articulo, co-
rann Notario, & Testibus, ac cum aliquo Pra-
lati, seu Personae in Ecclesiastica dignitate con-
stituta interventu transferre (servata tamen forma

Constitutionis fel. rec. Innocentii Papae XI. Prae-
decessoris nostri super translatione pensionum edi-
tae) liberè, & licite possent, & valerent, & aliis
prout in nostris desuper in simili forma Brevis die

28. Martii proxime praeteriti expeditis literis,
quarum tenorem praesentibus pro plenè, & suffi-
cienter expresso, ac de verbo ad verbum haberi vo-
luntus, uberioris continetur. Nunc autem Nos ad

egregia Dilectorum Filiorum modernorum ejusdem
Signature Justitiae Votantium merita pater-
nare dirigentes considerationis intuitum, ac benignè
perpendentes, quantum ipsi singulari sint Se-
di praefata adjumento, Romanaque Curia orna-
mento, eosque proinde, ac illorum Successores,

ut alacriores in dies ad praestanda eidem Sedi ob-
sequia reddantur, amplioris favore gratia pro-
qui volentes, & ipsorum moderiorum Referen-

diorum Signature Justitiae hujusmodi Votan-
tium singulares personas a quibusvis excommunicati-
onis, suspensionis, & interdicti, aliusque Eccle-
siasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel
ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet innodata existunt, ad ef-
fectum praesentium dumtaxat consequendum, ha-
rum serie absolventes, & absolutas fore censem-
tes, motu proprio, ac ex certa scientia, & libe-
ralitate nostris, deque Apostolica potestatis plen-
itudine, praefatis modernis, & pro tempore

existentibus Referendariis ejusdem Signature Justi-
tiae Votantibus, ut ipsi, etiam dimissi Votan-
tium hujusmodi Officiis, facultate transferendi

pensiones annuas usque ad summam centum scu-
torum monetarum à Nobis per nostras literas praefata-
tas, ut praefitur, concessa uti, frui, & gaudere,

liberè pariter, & licite possint, & valeant in omnibus,
& per omnia, perinde, ac si Officii Votan-
tium hujusmodi tunc exercerent, tenore praesentium,

concedimus pariter, & indulgimus. Decer-
nentes easdem praefentes literas, & in eis conten-
ta quacumque, nullo unquam tempore de subrep-
tionis, vel obreptionis, aut nullitatris vitio, seu
intentionis nostrae, aut interest habentium con-
fensus, aliove quolibet etiam quantumvis ma-
gno, & substanciali defectu notari, impugnari,

retractari, infringi, seu ad terminos Juris recu-
ci, aut in controversiam revocari, sed adversus il-
las aperitionis oris, restitutions in integrum, a-
liudque quodcumque juris, facti, vel gratia reme-
dium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu

etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine pa-
ribus concessio, vel emanato, quempiam in judi-
cio, vel extra illud titi, seu se juvare posse, ne-

que ipsas praesentes literas sub quibusvis similium,
vel dissimilium gratiarum revocationibus, limi-
tationibus, aliusque contrarii dispositionibus,

etiam per Nos, vel Romanos Pontifices Successo-
res nostros, & Sedem prefatam in genere, vel in
specie, aut alias quomodolibet, & quandocum-
que faciendis comprehendendi, vel comprehensas

censer, sed semper ab illis exceptas, & quoties
illae emanabunt, toties in pristinum, & validissi-
mum statum restitutas, repositas, & plenarie rein-
tegratas, ac etiam de novo, sub quacumque pos-
teriori data per eos, ad quos pro tempore spec-
tabit, eligenda, concessas intelligi, firmasque,
validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad

quos spectat, & pro tempore quandocumque
spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime
suffragari.

S. 2. Sicque, & non aliter in praemissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos,
aliosque quilibet quacumque praeminentia, &
potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, &
eorum cuilibet quâvis alteri judicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & de-
finiti debere, ac iritum, & inane, si feceris super
his a quoquâ quâvis auctoritate, scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Quocirca Dilectis Filis Nostris ejusdem
S. R. E. Vicecancellario, ac Camerario, & Causa-
rum Curia Camera Apostolice Generali Auditore-
ri per praesentes motu pari committimus, & man-
damus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum
per se, vel alium, seu alios easdem praesentes liter-
as, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando
opus fuerit, & quoties pro parte praedictorum
Votantium, seu alienus eorum, vel aliorum in-
teresse in praemissis pro tempore habentium desu-
per fuerint requisiiti, solemniter publicantes, in
praemissis efficaciis defensionis praesidio assistentes,
faciat auctoritate nostra ipsas praesentes literas,
& in eis contenta hujusmodi ab omnibus, &
singulis, ad quos spectat, & pro tempore specta-
bit, inviolabiliter observari, ipsosque modernos,
& pro tempore existentes Votantes, & alios,
quos eadem litera concernent in futurum, pra-
sentium literarum, & in eis contentorum commo-
do, & effectu pacifice frui, & gaudere, non per-
mittentes illos, seu eorum quempiam desuper quo-
modolibet indebet molestari, perturbari, inquietari,
vel impediri, Contradictores quolibet, &
Rebelles per sententias, censuras, & penas Eccle-
siasticas, aliaque opportuna juris, & facti reme-
dia, appellatione postposita, compescendo, legiti-
misque super his habendis servatis processibus,
censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus ag-
gravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachii secularis. Non obstantibus omnibus,
& singulis, que in supradictis nostris literis
concessimus non obstat, ceterisque contrariis
quibusvis, Datum Roma apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die
xii. Augusti MDCCCI. Pontificatus nostri Anno
Primo.

F. Oliverius.

Claustra fu-
blara cum de-
creto irr-
tanti.

Executores
deputat.
Card. V.
Cancella-
rium, & Ca-
merarium,
& A. C.